Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31296
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



29

amicis inter obprobria derelictus. Ipse
pati voluit et despici / 2 tu audes de ali
quo conqui. Ipse habuit aduersarios
et obloquentes et tu vis omnes habere
amicos et benefactores. Nunc coronabitur
patientia tua si nil aduersitatis occurrerit.
Si nichil adiuti 2 consolationis pati / quo
modo erit amicus pacis. Sustine te cum deo
2 p deo si vis regnare cum deo. Si
semel perfecte introisses in interiora
ihu / et modicum de ardenti amore eius
gustasses / tunc de proprio comodo vel incom
modo nichil curares. sz magis de
obprobrio gauderes illato / qz amor ihu
facit hominem sepe contemnere. Amator
ihu 2 veritatis et verus interna
et liber ab affectionibus inordinatis
potest se libere ad deum conuertere / et elevare
sup se sepe in spu ac fruitione dei.
Cui sapiunt omnia prout sunt. no ut di
cuntur aut estimantur / hic vere sapiens
est. et doctus magis a deo q ab hominibus
Qui ab intra scit ambulare 2 modicum
ab extra res ponderare. no requirit
loca nec expectat tempora ad sancta de
uota exercenda. Homo interna cito
se recolligit / qz nunq se total ad extrinsecus
effundit